

testes produci, & examinari debent; de quibus Commissarius designandis à Cancellario Curiae Brabantiae est expressus *art. 29.* dictarum Ordinationum.

VI. Post hæc, testes per Commissarium vel Judicem citari debent. Testes enim, qui sua sponte, nullâ præviâ citatione, ad ferendum testimonium se offerunt, suspecti esse solent.

Illud tamen notandum, quod ipsi testes à Partibus vel per Partes produci debeant, & nullo modo à Judice, vel per Judicem, aut à Judicis officio; quia Judex ex suo officio, Partium facta in causis civilibus, aut in causis criminalibus civiliter intentatis, inquirere non potest; licet id possit in criminalibus causis criminaliter intentatis. Ita Damhouderus in *Praxi Rer. Civil. cap. 163.*

Ordinationes Curiarum Eccles. Provinciae Mechl. *art. 29.* id ipsum insinuunt, ubi statuunt: "In probandi termino pendente, is, cui probandi onus incumbit, articulos scripto designabit, super quibus productionem facere intendet."

VII. Citati testes ad dicendum testimonium si contumaciter comparere, & testimonium ferre recusent, possunt etiam in viti, præsertim in Civilibus, cogi ad testimonium ferendum. *Cap. 2. ff. De Testibus cogendis, & L. SI QUANDO, Cod. De Testibus, & Authentica ei subiecta.*

VIII. Imò si contingeret, quod testis citatus Apparitori citanti responderet: "Ego non veniam, quia ego de causa nihil scio, tamen debet venire & comparere, & ad hoc compellendus est, saltem ut illa declaret, & affirmet sub suo juramento," ait Damhouderus in *Praxi rerum civil. 6. 163. n. 10.* Si tamen ex circumstantiis satis appareret Judici, quod testis nihil de causa illa sciret, merito eum à subeundo labore, & præstando juramento absolvere possit.

IX. Sunt præterea quaedam personæ, quæ à ferendo testimonio, ut in civilibus causis, excusantur, de quibus agunt Doctores ad titulum Decretalium *de Testibus cogendis*: quibus & annumerant Clericos, præsertim in Sacris constitutos, quos afferunt excusari à testimonio ferendo, in causis etiam civilibus coram Judice laico, saltem sine licentia & consensu suorum Prælatorum: quod tamen hodie non servari notat Bugnionius de Legibus abrog. *lib. 3. c. 152.* quin & cogi posse ad testimonium ferendum coram laicis in civilibus: quod & in Belgio servari notat Christianus ad Bugnionium ibidem *cap. 131.* Et exprimitur in Concordatis inter Episcopum Cameracensem, & status Hannoniæ de anno 1541. *art. 20.* uti supra *cap. 2.* notatum est.

X. Si testes sint infirmi, vel in remotis partibus morantur, tunc subinde ipse Judex vel Commissarius ad locum ipsorum testimonium accedant; atque ipsos testes personaliter audiunt & examinant: interdum verò in causis non arduis, ut parcat sumptibus, scribitur Judici, sub quo degunt testes, ut eos recipiat & audiat juxta scedulam informationis eò transmissam, & secundum formam ac stylum loci, uti loquitur Damhouderus citato *cap. 163. num. 8.* idque & in Curis Ecclesiasticis est usitatissimum; mandaturque in Ordinationibus Curiarum Eccles. Provinciae Mechl. *tit. 11. art. 38.* quod "quando Judex ob sua impedimenta, locorum distantiam, Partium tenuitatem, & modicum causæ momentum vel aliàs non vacabit testibus per se audientibus, committet partes suas alteri ad hoc idoneo, qui, pro ut & ipse Judex, numquam solus, sed semper cum adjungendo idoneo, Partibus quàm minimè oneroso, & neutri partium suspecto, testes audiet."

XI. Regulariter duo testes sufficiunt ad plenam probationem. *L. 12. ff. De Probationibus* ubi Ulpianus ait: "Ubi numerus testimonium non adjicitur, etiam duo sufficiunt; pluralis enim elocutio duorum numero contenta est." Quod est conforme huic Christi sententiæ: *In ore duorum vel trium testimonium stet omne verbum.*

XII. Verum ut duorum testimonium depositio super uno eodemque facto plenè probet, requiritur, ut hi testes sint omni exceptione majores; id est, ut nulla ex parte fides illorum vacillet, quales olim antiquo verbo legis XII. Tabularum *affidus* vel *classici* vocabantur, uti observat We-

sembecius ad titulum De Testibus *num. 2.*

XIII. Multi de jure testes esse prohibentur; & alii quidem generaliter in quibuscumque causis, & contra quascunque personas; alii in certis causis, & contra certas personas; qui passim à Doctores ad titulum Decretalium, Digestorum & Codicis *De Testibus* annotantur.

Omnes tamen continentur de jure idonei testes, qui specialiter non ostenduntur excepti, *Cap. 1. ff. De Testibus* & ibi Glossa, una notans, quod "edictum de testibus prohibitorium sit, ut quilibet admittatur, qui non repellitur."

XIV. Cum ergo omnis testis de jure reputetur idoneus, nisi ostendatur exceptio, Partis est exceptionem adversus testem opponere: moribusque receptum est, ut Judex testem non repellat, nisi Parte opponente: ipsius tamen arbitrio relictum manet, quantum fidei tribuat, juxta *L. 3. §. 2. ff. De Testibus*; ubi asseritur: "Dixit Adrianus Vivio Varo, Legato Provinciae Cilicis rescriptum, eum qui iudicat, magis posse scire, quanta fides habenda sit testibus." Id ipsum latius exprimitur in *L. 1. §. 2. ff. eod.*

XV. Licet duo testes omni exceptione majores sufficiant ad plenam probationem, quia tamen nonnumquam fides testimonii aliqua ex Parte debilitatur, prohibitum non est, imò & nonnumquam consultum ad firmiorem & clariorem probationem plures testes adducere: modo tamen caveatur, ne superflua multitudo testimonium ad vexandum Adversarium sumptibus, producat; volueruntque jam pridem Romani, ut licentiam producendi testes ita Judices moderentur, "ut eum solum numerum testimonium, quem necessarium esse putaverint, evocari patiantur: ne effrenata potestate ad vexandos homines superflua multitudo testimonium protrahatur." *L. 1. §. 2. ff. eod.*

XVI. Moribus hodiernis plerique Curiarum Ordinationibus cautum est, ne super uno eodemque articulo ultra 10. testes producantur; quemadmodum de Parisiensi Parlamento testatur Maffuerus De Judiciorum Praxi *sub Rubrica de testibus col. 6.*

Et in Curia Brabantiae *art. 44.* injungitur Commissariis, quod super uno facto non possint ultra 10. testes audiri, nisi in causis Fiscalibus, vel aliis magni momenti arbitrio Cancellarii & Concilii; & si ultra 10. testes essent auditi, hi non taxabuntur ad onus partis adversæ. Testaturque Antonius Faber in Codice *lib. 4. tit. 15. Definit. 6.* in notis, stylo Senatûs Sabaudici cautum esse, super eodem facto ultra 10. testes non audiendos.

XVII. Idem numerus testimonium præfigitur in citatis Ordinationibus Curiarum Eccles. *art. 25.* addita hac exceptione: "Nisi quando vertitur quæstio super consuetudine, aut Judex, meritis causæ excussis, aliud decreverit."

Quod hic dicitur de consuetudine, ut in hujus probationem plures quàm 10. testes admitti queant, similiter locum habet, ubi de usu aut stylo alicujus Curiae, aut de privilegiis diu ulitatis controversia est; uti monet Damhouderus in *Praxi rerum civil. cap. 164.*

XVIII. Hæc enim vix sine multitudinis testimonium uniformiter deponentium probati possunt; diciturque probatio per *Turbas*; quali turbatum populus testaretur. In citato *art. 44.* Ordinationum Curiae Brabantiae declaratur, quod una *turba* habeatur tantum pro unico teste. Turba autem constat 10. testibus, uti observat Merula in *Praxi lib. 1. tit. 65. cap. 13. num. 4.* asseriturque Antonius Faber loco citato *Definit. 14.* quod super consuetudine plures testes per *turbam* quidem audiri possint, "ita tamen (ait) ut non paucioribus quàm decem testibus turba constet."

XIX. Addens una ex Rebuffo, "nec tamen posse adduci, ultra 30. testes pro turba, & quod probatio recipiatur ad tres turbas, & non amplius."

XX. Ut dictis testimonium fides in judicio habeatur, hodie requiritur, ut prius coram Judice præstet juramentum de dicenda veritate: nec testis, injurato hodie in judicio creditur; & licet hoc juramentum non sit pars litis, aut de substantia processûs, non potest tamen omitti, nisi de consensu utriusque Partis;

Partis, & Judice probante, *Cap. 39. De Testibus*, & ubi Glossa verbo *Remittatur*. Vide etiam Merulam in *Praxi lib. 4. tit. 65.*

XXI. Planè convenit juramentum hoc non sequi, sed antecedere testimonium; uti & Praxis observat. Nam facilius religio à falso abstruatur, quàm ad confitendum de falso, adegerit, uti rectè advertit Tuldenus in Codice ad titulum *De Testibus*; qui tamen adjungit, "Sed non utiq; hoc ordine converso irritum fuerit testimonium." Vide etiam Damhouderum in *Praxi rerum civil. c. 166. n. 11.*

XXII. Monet Merula *n. 7.* quod si quis juramento præstito deposuerit coram arbitro, aut Judice subalterno, si post modum coram Judice superiore cogatur renovare eandem depositionem, non videatur cogendus ad renovandum juramentum; quod sanè æquum & justum apparet; ne juramenta nimis leviter, & sine sufficienti causa (prout hodie frequenter admodum contingit) exigantur & præstentur; & ita Nomen Domini in vanum assumatur.

XXIII. Priusquam testes ad jurandum admittantur, merito Judex sollicitus est, ut testes sint ritè instructi de ipso juramento quæ contineat; quàmque grave sit juramento quidquam falsi, præsertim in judicio, & in præjudicium tertii testificari. Hinc in Ordinationibus Curiarum Eccles. Provinciae Mechl. *tit. 11. art. 38.* expresse mandatur Judici vel Commissario seu Delegato ad audiendos testes, quod testes ante omnem depositionem ad veritatem adhortabuntur, & ut specificè pœnas perjurii exponant; quàm imprimis graviter Deum offendat testis falsum deponens, aut verum subitice; Judicem quoque, qui secundum probata judicatur, re debet, fallax, & partem vehementer lædat, quod ad restitutionem totius damni, quod pars ea de causa patitur, teneatur.

XXIV. Hoc testimonium juramentum præstandum est, Parte illa contra quam producantur, legitime citata; quæ si per se, vel per Procuratorem compareat, in ejus præsentia præstandum est. Si autem legitime citata non compareat, poterit ipsa absente recipi juramentum, & procedi ad auditionem testimonium. *Cap. 2. ff. De Testibus*, & ibi Glossa. Imò in sæpius citatis Ordinationibus Curiarum Eccles. *tit. 11. art. 27.* præcipitur, ut Judex ad examen testimonium non procedat, nisi de Partis ad videndum jurare testes citatione confiteritur, quæ in initio suorum actorum seu examinis describi per Graphiarium, seu alium adjunctum curabit. Dicitur autem *art. 41.* "Si pars citata ad videndum testes jurare se absentes, procedat nihilominus à Commissariis ad examen, eadem habentur in Ordinat. Curiae Brab. *art. 59.*

XXV. Ante examen testimonium, pars testes producens, debet prius intentionem suæ examinationis faciendæ ex petitione sua elicere, eamque in scriptum quoddam redigere Judici tradendum, ut super articulis ibidem designatis testes producendos examinet.

XXVI. Insuper Interrogatoria à Parte contra quam testes producantur, judicis exhibentur, de quibus in *Cap. 2. De Testibus* in VI. ubi Glossa verbo *Interrogatoria* dicit Interrogatoria sunt quæ faciunt Pars testibus productis contra se, & dantur super articulis à Parte producente exhibitis. Fortissima Interrogatoria hæc est: Si dixerit testis verum esse, quod primo intentionis articulo continetur, quærat ab eo quomodo scit, & si præsens erat, & ad quid ibi erat, & si vidit, aliave his similia, secundum quod factum ad factum; uti latius eam describit Glossographus loco citato.

XXVII. Interrogatorium usus possimum introduci fuisse apparet, ut ex responsis super iisdem testimonium fraudes, fallitates & subornationes facilius & clarius deprehendi & cognosci possent, quemadmodum notat Merula loco citato *cap. 8. num. 3.* quare nec à parte producenda generalia aut inuilia interrogatoria, quæ dumtaxat ad causam protrahendam, Partem producentem expensis onerandam, & vexandum Commissarium facere videntur; quæ omnia Judex rejicere debet, uti ibidem monet Merula *n. 4.*

XXVIII. Circa articulos monent citatæ Ordinationes

Curiarum Eccles. *tit. 11. art. 29.* quod, nullos designabunt ad recipiendas probationes, sub pœna unius floreni, nisi qui in lite propoliti & adversario communicati fuerint. Designationes verò articulorum & interrogatoria, actis, tamquam eorum pars inferenda sunt.

XXIX. Ut autem interrogatoria finis supra designatus habeatur, hæc, de consuetudine & de jure non dantur Parti adversæ, ne possit super his instruere testes suos; sed Judex per se vel Assessorum examinat illa; & si qua reperit, superflua vel impertinentia, illa refecit. Ita Glossa loco citato.

XXX. Innuat autem ibidem Glossographus, non semper interrogatoria exhiberi; imò nec in omnibus Curis eorum usus est. Et quidem *art. 72.* Ordinationum Curiae Brab. interdicitur Partibus, ulla Interrogatoria Commissariis subministrare. Verba sunt: *Dat Partien de Commissariissen eegen interrogatorien en sullen mogen overgeven.* Et teste Damhoudero in *Praxi rerum civil. c. 170. n. 16.* in magno Mechlinensi, & in Provinciali Flandriae Concilio, Commissariis, us format sua interrogatoria, in omnibus iis, quæ ipsi alioquo modo ad veritatis inquisitionem pertinere videbuntur.

XXXI. Testes præstito juramento parte adversa præsentate, aut saltem legitime citata & absente, à Commissario vel Judice super articulis designatis *singulatim* examinandi sunt, hoc est, quilibet seorsum, sic ut nullus sciat, quid alter dixerit, seu deposuerit; & *secretò* nemine præsentate, præter Commissarium seu Judicem, & Graphiarium seu Secretarium vel Notarium, qui depositiones excipiat Damhouderus in *Praxi rer. civil. c. 170.*

Quamvis enim Pars adversa in præstatione juramenti admittatur, non tamen in ipsa depositione.

XXXII. Commissarius serio admonere & instruere debet testes, ut ritè advertant ad facta super quibus interrogabuntur; nec aliud dicant, quàm sicut revera in animo credunt; utque clarè & lucidè loquantur.

XXXIII. Judex autem sive Commissarius, eosdem diligenter juxta data, aut alioquin juris interrogatoria, de tempore, loco, causa scientiæ, aliisque necessariis circumstantiis, exactè examinabit, inquit Ordinationes Curiarum Eccles. Provinciae Mechl. *tit. 11. art. 38.*

Id ipsum præcipitur in Ordinat. Curiae Brab. *art. 37.* volentes insuper, ut veritatem, & rationes scientiæ ritè inquirant. Plura quæ ad rectam normam examinandi testes pertinent vide apud Damhouderum citato *c. 170.*

XXXIV. Notat ibidem Damhouderus, non esse recipiendum testem qui ad hunc modum deponere voluit; Ego Petrus testor & depono idem quod Joannes deposuit. Nescit enim Petrus quid Joannes deposuerit, neque quid Commissarius ab ipso exquiratur erit.

XXXV. Testis debet coram & in præsentia judicis testimonium ferre; neque sufficeret scripto ad Judicem missio testari. Etenim judicis aspectus vel reverentia sui refranat audaciam falsi, vel id ex vultu & titubatione deprehendit Judex, uti rectè observat Tuldenus in Codice ad titulum *De Testibus n. 7.*

XXXVI. Depositiones testimonium singulorum debent scripto excipi; alioquin Curia aut Judex non possit quidemquam ex depositis legitime judicare. In conscribendis autem testimonium depositionibus, à Commissario adhibenda est magna prudentia & diligens cautio, ut in scribendo linguam, idioma & modum loquendi testimonium quàm proximè imitetur, & iisdem utatur terminis quibus testis usus est in deponendo, ait Damhouderus ibidem *n. 32.* quod & expresse mandant sæpius illegatæ Ordinationes Curiae Eccles. *tit. 11. art. 44.* addita hæc ratione: *Quoniam in utroque, idiomate magna vis verborum est.*

XXXVII. Eisdem Ordinationibus *art. 43.* statuitur: Superflua præambula circa testimoniorum extensionem, deinceps volumus omitti, sed solum præmitti nomen, cognomen Commissarii & testis ejusdemque testis ætatem, habitationem, an partium sit consanguineus, vel affinis,



an eosdem notit, & an commodam, vel incommodam, ex litis decisione expectet, quodq; citatus, expositusq; speci-

XXXVIII. Ne tamen compendiosè procedere volens depositiones obscuras aut ambiguas reddat mandatur in iisdem Ordinationibus ibidem art. 44.

XXXIX. Ut verò certior & firmiter sit depositio, ipseque testis majori cum iudicio & maturitate testetur, precipitur eodem art. 44.

XL. Ulterius depositio propria subscriptione munietur, si testis scribere nōrit, & si propter senium, imperitiam, &

XLII. De iure communi ante sententiam debet fieri publicatio depositionum Cap. 24. §. DEBET De Accusat.

XLIII. In nonnullis tamen Curis, præsertim Regis jam pridem invaluerat, ut nulla publicatio depositionum, etiam in causis civilibus, fieret; idq; propter securitatem testium;

XLIV. Ex Gallia usus ille non publicandi depositiones etiam in Belgio irrepererat, uti de Mechlinienium & Flandrorum Conciliis testatur Damhouderus in Praxi rerum civil. c. 182.

XLV. Sed cum hæc rescripta non omnes Curias Belgæ concernerent, usus antiquus in nonnullis adhuc Curis perseverabat, quousque per dictum perpetuum Alberti & Isabellæ anni 1611, art. 10. ordinatum fuit, ut in omnibus Curis & Tribunalibus iustitiæ, sive supremis, sive subalternis, quæ Principibus suberant, publicatio depositionum fiat iuxta dispositionem Juris communis: quod ubique hodie in Belgio observatur teste Christinæo ad Buguonium De Legib. abrog. lib. 2. cap. 117.

XLVI. Ordinationes Curiarum Eccles. Provinciarum Mechlin. tit. 11. art. 48. volunt: "Terminus probatorius elapsus post Partes à iudice publicationem testium, qui de consensu Partium publicationem faciet, & copiam decernet, Si tamen altera pars in publicationem consentire recuset, ea non fiat, nisi decreto iudicis pro tribunali sedentis. Interdum autem & in civilibus causis depositiones ipsæ publicandæ non sunt; sed dumtaxat nomina testium; ubi scilicet certum, aut verisimile erit, ex depositionum publicatione testibus periculum imminere, uti habent citatæ Ordinationes art. 49.

XLVII. Publicatio hæc potissimum fit, ut Pars adversa possit scire quid testes deposuerint, & que ex illis cognoscere, in quo statu causa sit: an cedere, an ulterius decisionem causæ expectare; ita ut videat, an dicta testium refellere queat; aut eorum auctoritatem enervare, obijciendo testibus ea, quæ fidem ipsorum diminuunt, sive suspectam reddant.

XLVIII. Post publicatas attestations non licet amplius ad alias productiones testium super iisdem articulis, vel planè contrariis recurrere, propter periculum subornationis, quæ facillè committi possent ad supplendas vel emendandas priores attestations, ut statuitur art. 74. Ordinat. Curiarum Brab. & multis citatis notat Christinæus loco citato cap. 109. asseritque, in Belgio usu receptum esse, ut nec per viam restitutionis id permitti soleat.

XLIX. Quibusdam tamen casibus productionem testium, post factam publicationem admittendam esse ostendit Antonius Faber. in Cod. lib. 4. tit. 15. def. 5. monet tamen definit 32. productionem testium post publicata testimonia parcaissimè & perarò esse indulgendam. Definit. 63. autem scribit, post apertas testificationes, si nondum sint discita testificata, audiri testes posse, quia cessat periculum subornationis.

L. Publicatis depositionibus & nominibus testium, moribus hodiernis permittitur Partibus eos reprobare; id est, exceptiones proponere aut contra personas, aut dicta testium; ipsæq; Ordinationes Curiarum Eccles. tit. 11. art. 50. volunt, ut "terminus octidui, vel quindenæ pro omnimoda dilatione, & sub pœna seclusionis ad excipiendum, contra testes, eorumque dicta præfigatur."

LI. Reprobatio hæc frequenter sumitur ex factis sive circumstantiis, quæ ipsas personas testium concernunt: alleganturque ad enervandam vel minuendam fidem testium; puta quòd sit infamis, perjurus, confanguineus producenti, aliaque similia, quæ latè enumerant Damhouderus in Praxi rerum civil. cap. 186. & Merula lib. 4. tit. 78. cap. 4. hoc rectè monens num. 69. quòd ordinariè non tantum valeat testimonium testis pauperis, quam divitis; eò quòd pauper facillè corrumpi possit.

LII. Notandum quoque monet n. 70. quòd testis confideretur in ea qualitate, qua erat tempore præstiti iuramenti & factæ depositionis; non autem qualis sit tempore reprobationis. Unde si post depositionem factus esset affinis illius pro quo deposuit, non posset propterea reprobari, si modò tempore depositionis fuisset non suspectus.

LIII. Observat item num. 71. quòd testis ab una Parte pro se productus, non possit reprobari, si in eadem vel alia causa contra ipsam à Parte adversa producat, quia per productionem factus est omni exceptione major: quòd tamen intelligendum est, modò non accesserit nova aliqua

XLV. Sed cum hæc rescripta non omnes Curias Belgæ concernerent, usus antiquus in nonnullis adhuc Curis perseverabat, quousque per dictum perpetuum Alberti & Isabellæ anni 1611, art. 10. ordinatum fuit, ut in omnibus Curis & Tribunalibus iustitiæ, sive supremis, sive subalternis, quæ Principibus suberant, publicatio depositionum fiat iuxta dispositionem Juris communis: quod ubique hodie in Belgio observatur teste Christinæo ad Buguonium De Legib. abrog. lib. 2. cap. 117. utque fiat in luprema Curia, aliisque subalternis per totam Brabantiam, expressè præcipit art. 76. Ordinat. dictæ Curie.

XLVI. Ordinationes Curiarum Eccles. Provinciarum Mechlin. tit. 11. art. 48. volunt: "Terminus probatorius elapsus post Partes à iudice publicationem testium, qui de consensu Partium publicationem faciet, & copiam decernet, Si tamen altera pars in publicationem consentire recuset, ea non fiat, nisi decreto iudicis pro tribunali sedentis. Interdum autem & in civilibus causis depositiones ipsæ publicandæ non sunt; sed dumtaxat nomina testium; ubi scilicet certum, aut verisimile erit, ex depositionum publicatione testibus periculum imminere, uti habent citatæ Ordinationes art. 49.

XLVII. Publicatio hæc potissimum fit, ut Pars adversa possit scire quid testes deposuerint, & que ex illis cognoscere, in quo statu causa sit: an cedere, an ulterius decisionem causæ expectare; ita ut videat, an dicta testium refellere queat; aut eorum auctoritatem enervare, obijciendo testibus ea, quæ fidem ipsorum diminuunt, sive suspectam reddant.

XLVIII. Post publicatas attestations non licet amplius ad alias productiones testium super iisdem articulis, vel planè contrariis recurrere, propter periculum subornationis, quæ facillè committi possent ad supplendas vel emendandas priores attestations, ut statuitur art. 74. Ordinat. Curiarum Brab. & multis citatis notat Christinæus loco citato cap. 109. asseritque, in Belgio usu receptum esse, ut nec per viam restitutionis id permitti soleat.

XLIX. Quibusdam tamen casibus productionem testium, post factam publicationem admittendam esse ostendit Antonius Faber. in Cod. lib. 4. tit. 15. def. 5. monet tamen definit 32. productionem testium post publicata testimonia parcaissimè & perarò esse indulgendam. Definit. 63. autem scribit, post apertas testificationes, si nondum sint discita testificata, audiri testes posse, quia cessat periculum subornationis.

L. Publicatis depositionibus & nominibus testium, moribus hodiernis permittitur Partibus eos reprobare; id est, exceptiones proponere aut contra personas, aut dicta testium; ipsæq; Ordinationes Curiarum Eccles. tit. 11. art. 50. volunt, ut "terminus octidui, vel quindenæ pro omnimoda dilatione, & sub pœna seclusionis ad excipiendum, contra testes, eorumque dicta præfigatur."

LI. Reprobatio hæc frequenter sumitur ex factis sive circumstantiis, quæ ipsas personas testium concernunt: alleganturque ad enervandam vel minuendam fidem testium; puta quòd sit infamis, perjurus, confanguineus producenti, aliaque similia, quæ latè enumerant Damhouderus in Praxi rerum civil. cap. 186. & Merula lib. 4. tit. 78. cap. 4. hoc rectè monens num. 69. quòd ordinariè non tantum valeat testimonium testis pauperis, quam divitis; eò quòd pauper facillè corrumpi possit.

LII. Notandum quoque monet n. 70. quòd testis confideretur in ea qualitate, qua erat tempore præstiti iuramenti & factæ depositionis; non autem qualis sit tempore reprobationis. Unde si post depositionem factus esset affinis illius pro quo deposuit, non posset propterea reprobari, si modò tempore depositionis fuisset non suspectus.

LIII. Observat item num. 71. quòd testis ab una Parte pro se productus, non possit reprobari, si in eadem vel alia causa contra ipsam à Parte adversa producat, quia per productionem factus est omni exceptione major: quòd tamen intelligendum est, modò non accesserit nova aliqua

LIV. Desumitur quoq; non rarò reprobatio ex aliquibus circumstantiis quæ ipsas depositiones spectant; puta quòd sint obscuræ, vacillantes; nihil certò affirmantes aut negantes; sibi contrariantes; destitutæ rationibus scientiæ; sine fundamento assertæ; impertinentes ad articulos propositos &c. Vide Merulam loco citato c. 5. & Damhouderum cap. 185.

LV. Post reprobationes testium & depositionum factas, permittitur Partibus facere salvaciones, quæ sunt defensiones aut solutiones contra reprobationes à Parte productas, quibus suam productionem, suos testes eorumque depositiones justificare nititur.

LVI. In Ordinationibus Curiarum Eccles. citato art. 50. statuitur, ut exceptionibus per reprobationem exhibitis, similis terminus octidui aut quindenæ sub pœna seclusionis, nisi ad salvandum statuatur & per salvacionum exhibitionem, vel ubi Pars iis renuntiaverit, conclusum censetur in causa.

LVII. Illud tamen in prædictis exceptionibus & salvacionibus sedulo cavendum erit (ajunt dictæ Ordinationes art. 51.) ne quidquam allegetur, aut proferatur, quòd earum naturam non sapiat; & si contra factum fuerit, nullam iudex eorum habeat rationem, quin etiam, si ita expedire iudicaverit, pro officio suo rejiciat.

LVIII. Additur ibidem art. 52. "Si quæ facta in exceptionibus in testes, vel salvacionibus allegentur, testes contententia, quorum probationem necessariam ad causæ decisionem æstimabit iudex præfigetur quindenæ, vel mensis, ad eorundem factorum probationem, prout testes exiget, sub unica tantum dilatione."

LIX. Principes in Edicto de 28. Novemb. 1611. interpretativo art. 10. Edicti perpetui ejusdem anni, volunt, ut in uno eodemq; volumine testium personarum reprobandarum, & depositionum ipsorum confutentur, idque sub unico termino aut dilatione; & simili ritu salvaciones fiant.

circumstantia, quæ ipsum suspectum reddat; puta quia interea factus est affinis Parti adversæ, vel junxit se in causa &c.

LIV. Desumitur quoq; non rarò reprobatio ex aliquibus circumstantiis quæ ipsas depositiones spectant; puta quòd sint obscuræ, vacillantes; nihil certò affirmantes aut negantes; sibi contrariantes; destitutæ rationibus scientiæ; sine fundamento assertæ; impertinentes ad articulos propositos &c. Vide Merulam loco citato c. 5. & Damhouderum cap. 185.

LV. Post reprobationes testium & depositionum factas, permittitur Partibus facere salvaciones, quæ sunt defensiones aut solutiones contra reprobationes à Parte productas, quibus suam productionem, suos testes eorumque depositiones justificare nititur.

LVI. In Ordinationibus Curiarum Eccles. citato art. 50. statuitur, ut exceptionibus per reprobationem exhibitis, similis terminus octidui aut quindenæ sub pœna seclusionis, nisi ad salvandum statuatur & per salvacionum exhibitionem, vel ubi Pars iis renuntiaverit, conclusum censetur in causa.

LVII. Illud tamen in prædictis exceptionibus & salvacionibus sedulo cavendum erit (ajunt dictæ Ordinationes art. 51.) ne quidquam allegetur, aut proferatur, quòd earum naturam non sapiat; & si contra factum fuerit, nullam iudex eorum habeat rationem, quin etiam, si ita expedire iudicaverit, pro officio suo rejiciat.

LVIII. Additur ibidem art. 52. "Si quæ facta in exceptionibus in testes, vel salvacionibus allegentur, testes contententia, quorum probationem necessariam ad causæ decisionem æstimabit iudex præfigetur quindenæ, vel mensis, ad eorundem factorum probationem, prout testes exiget, sub unica tantum dilatione."

LIX. Principes in Edicto de 28. Novemb. 1611. interpretativo art. 10. Edicti perpetui ejusdem anni, volunt, ut in uno eodemq; volumine testium personarum reprobandarum, & depositionum ipsorum confutentur, idque sub unico termino aut dilatione; & simili ritu salvaciones fiant.

CAPUT VII.

De Probatione per instrumenta: & de Notariis Apostolicis & Regiis.

- 1 Frequens est probatio per instrumenta; & quid hic significet instrumentum.
2 Auctoritas instrumentorum varia est pro diversitate illorum.
3 Quæ dicantur instrumenta publica?
4 Instrumenta publica debent esse consecrata à persona publica & in forma legitima.
5 Debet esse publica ad scribenda sive conscribenda instrumenta.
6 Hinc Scriptura iudicis non solet reputari pro publica.
7 Neque littere scripte à Rege.
8 Quare Scriptura non sit semper publica, licet à publica persona sit scripta.
9 Qui hodie ad conscribenda instrumenta sunt constituti, dicuntur Notarii a Notis.
10 Notarii alii Regii, alii Ecclesiastici; & unde hæc distinctio orietur?
11 Notarii Ecclesiastici alii sunt Episcopales, alii Apostolici; & cur priores penè deserint?
12 Synodus Tridentina permittit Episcopis examen Notariorum quacumque auctoritate creatorum.
13 Decretum Synodi quoad Notarios auctoritate Regia admissos, in Belgio receptum non est.
14 Notarii Apostolici examinati à persona in Dignitate conscripta iuxta litteras Apostolicas possunt in Belgio ab Episcopis examinari.
15 Littera creationis Notariorum Apostolicorum expediuntur in forma commissorii, quæ refertur.

16 Creandus in Notarium ex tenore litterarum potest quamcumq; personam in Dignitate constitutam in examinatore eligere.

17 Hinc natum est fieri, ut & imperiti admittantur.

18 In Gallia Notarii Apostolici debent ab Ordinariis locorum examinari & admitti.

19 Examinis & admissionis litteras habere tenentur.

20 Nomina eorum, item locus domicilii & residentie registrari debent in grapharia Episcopali, & Curia Præsidiatili ipsius Diocesis in qua residere volunt.

21 Tenentur residere in oppidis & locis insignioribus, non ultra numerum à Curia Præsidiatilibus taxatum.

22 Referuntur verba Edicti Henrici. II. quibus præmissa statuantur.

23 Hæc non tantum in materia possessoria Beneficiorum obtinent.

24 Notarii Apostolici non possunt exercere in Gallia officium Notariatus, nisi in una Diocesi, in qua iuxta formam præscriptam admissi sunt.

25 In Belgio ex Edicto Caroli V. nullus potest exercere officium Notariatus, nisi à Concilio Provinciali prævio examine admissus.

26 Negotia merè profana non aliter quam coram Notariis à Regis Concilio admissis in Belgio expediri possunt.

27 Idipsum in Gallia jam pridem receptum, neq; testamenta à Notariis Apostolicis conscribi possunt.

28 Hæc & aliorum Regnorum moribus recepta.

29 Notarii Apostolici penè solum in materiis Ecclesiasticis adhibentur; & quæ sint hæ materia remissivè.

30 Expressio qualitatis, Curie in qua admissus, & loci residentie à Notario faciendæ.

31 Notarii instrumenta conscribere non possunt nisi rogati, neque pro personis omnino ipsis ignotis.

32 Edicto Principum nostrorum in junctum Notariis servare prothocolia, eaque fideliter registrare.

33 Quantum dependeat ab hac fideli conservatione.

34 Notarius Apostolicus hanc conservationem juramento promittit.

35 An in consecratione instrumenti publici requiratur subsignatio testium cum subsignatione Notarii?

36 Quid de expressione temporis quo instrumentum conscribitur; item de invocatione Nummi, anni regnantis Principis, &c.

37 Scriptura signata à publicis Graphariis vel Secretariis; vel sigillata publico sigillo; item acta judicialia pro scripturis publicis habentur.

38 Antiqua scriptura aut vetusta insignia, quæq; reperiantur in antiquis libris, quam probationem faciunt?

39 Quid de antiquis historiis?

40 Contenta in libris consecratis per Officiales publicos, quam fidem faciunt?

41 Instrumentum sumptum ex archivo publico facit plenam fidem.

42 Quod dicatur archivum publicum?

43 Instrumentum originale unde dicatur; & quare vocetur authenticum?

44 Quod hodie habeatur pro instrumento originali?

45 Solus Notarius qui confecit Minutam, potest ex minuta facere instrumentum originale.

46 Copiis licet authenticis, quare in iudicio fides haberi non solet?

47 Debet conferri cum originali: & quomodo hæ collatio faciendæ?

48 Sicuti examen testium, ita & collatio instrumenti alteri committi per iudicem potest.

49 Instrumenta quæ vetustate corrumpi incipiunt, auctoritate iudicis renovari possunt.

50 Traductionem solemnem exemplaris ex originali probat jus commune.

51 Traductio fieri debet ex originali.

52 Instrumentis publicis plena fides adhiberi solet quoad omnia quæ dispositivè asseruntur.